

ANNEXE 4

Grimal, in : Pétrone, *Le Satiricon*, préface d'Henry de Montgerlant, traduction et notes de Pierre Grimal, Paris, Gallimard, 1972 (Collection Folio), pp. 85-87.

<p><i>Forte dominus Capuae exierat ad scruta scita expedienda. Nactus ego occasionem persuadeo hospitem nostrum, ut mecum ad quintum miliarium ueniat. Erat autem miles, fortis tanquam Orcus. Apoculamus nos circa gallicinia; luna lucebat tanquam meridie. Venimus inter monimenta : homo meus coepit ad stelas facere; sedeo ego cantabundus et stelas numero. Deinde ut respexi ad comitem, ille exuit se et omnia uestimenta secundum uiam posuit. Mihi anima in naso esse; stabam tanquam mortuus. At ille circumminxit uestimenta sua, et subito lupo factus est. Nolite me iocari putare; ut mentiar, nullius patrimonium tanti facio. Sed, quod coeperam dicere, postquam lupo factus est, ululare coepit et in siluas fugit. Ego primitus nesciebam ubi essem; deinde accessi, ut uestimenta eius tollerem: illa autem lapidea facta sunt. Qui mori timore nisi ego ? Gladium tamen strinxi et † matauitatau † umbras cecidi, donec ad uillam amicae meae peruenirem. In laruam intraui, paene animam ebulliui, sudor mihi per bifurcum uolabat, oculi mortui; uix unquam reffectus sum. Melissa mea mirari coepit, quod tam sero ambularem, et: « Si ante, inquit, uenisses, saltem nobis adiutasses; lupo enim uillam intrauit et omnia pecora tanquam lanius sanguinem illis misit. Nec tamen</i></p>	<p>« Il se trouva que le maître était allé à Capoue pour liquider des hardes ; je profitai de l'occasion pour persuader à un hôte que nous avions de m'accompagner jusqu'à cinq milles. C'était un militaire, aussi fort que le diable. Nous nous taillons à peu près vers le chant du coq ; la lune brillait, on y voyait comme en plein jour. Nous arrivons au milieu des tombeaux ; voilà mon homme qui se met à se diriger vers les stèles ; moi, je m'assieds tout en chantonnant, et je compte les monuments. Ensuite, lorsque je me retournai vers mon compagnon, je vis qu'il se déshabillait et posait tous ses vêtements le long de la route. J'avais un goût de mort dans la bouche ; j'étais là, immobile comme un cadavre. Lui, il pissa tout autour de ses vêtements et, soudain, se transforma en loup. Ne croyez pas que je plaisante ; personne ne pourrait me payer assez cher pour que je mente. Mais, comme j'avais commencé à vous le dire, dès qu'il fut transformé en loup, il se mit à hurler et s'enfuit vers les bois. Moi, d'abord, je ne savais pas où j'étais ; puis, je m'approchai pour ramasser ses vêtements ; mais eux étaient devenus de pierre. Si quelqu'un est jamais mort de terreur... Pourtant, je tirai mon épée et, plus mort que vif, je pourfendis des ombres jusqu'à ce que j'arrive à la ferme de mon amie. J'entraï,</p>
---	--

derisit, etiamsi fugit; seruus enim noster lancea collum eius traiecit ». Haec ut audiui, operire oculos amplius non potui, sed luce clara Gai nostri domum fugi tanquam copo compilatus; et postquam ueni in illum locum, in quo lapidea uestimenta erant facta, nihil inueni nisi sanguinem. Vt uero domum ueni, iacebat miles meus in lecto tanquam bouis, et collum illius medicus curabat. Intellexi illum uersipellem esse, nec postea cum illo panem gustare potui, non si me occidisses. Viderint quid de hoc alii exopinissent; ego si mentior, genios uestros iratos habeam".

comme un spectre, et j'en claquai presque ; la sueur me coulait entre les jambes, j'avais les yeux morts ; il s'en fallut de peu que je ne me remette jamais. Ma chère Mélissa de s'étonner de ce que je sois si tard par les routes. « Si tu étais venu plus tôt, au moins tu nous aurais aidés ; un loup est entré dans la ferme et il a saigné tous nos moutons comme un boucher. Mais il n'en a pas eu le dessus, bien qu'il se soit enfui ; l'un de nos esclaves lui a traversé le cou avec une lance. » Quand j'eus entendu cela, il me fut impossible de fermer l'œil de la nuit, mais dès le lever du jour, je m'enfuis bien vite chez notre maître Gaius, comme hôtelier détroussé, et, lorsque je repassai à l'endroit où les vêtements étaient devenus pierre, je ne trouvai rien, que du sang. Mais, une fois revenu à la maison, je trouvai mon soldat au lit, malade comme un bœuf, et le médecin en train de soigner son cou. Je compris que c'était un loup-garou et, je n'aurais jamais pu manger un morceau de pain en sa compagnie, non, même si l'on m'avait tué. Que les autres en pensent ce qu'ils voudront ; moi, si je mens, je veux bien que vos Génies me patafioient ! »